Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In diebus illis Dixit ysaias Lcō ysaie pphete
Dñe quis credidit auditui nro et brachium dñi
cui revelatum est. Et ascendet sicut virgultum
coram eo: et sicut radix de terra sitienti Non
est species ei: neq; decor Et vidimus eum et non erat
aspectus Et desiderabimus eum despectum et no
vissimum virorum: virum dolorum et scientem infirmitatem
Et quasi abscondit vultus suos et despectus.
unde nec reputavimus eum Vere languores nros
ipse tulit: et dolores nros ipse portavit Et nos
reputavimus eum quasi leprosum: et percussum a
deo et humiliatum Ipse autem vulneratus est pter
iniquitates nras: attritus est pter scelera nra
Disciplina pacis nre super eum: et livore eius sa
nati sumus Omnes nos quasi oves erravimus
unusquisq; in viam suam declinavit: et dñs po
suit in eo iniquitatem omnium nrm Oblatus est quia
ipse voluit: et non aperuit os suum Sicut ovis ad
occisionem ducetur: et sicut agnus coram tonde
te se obmutescet: et non aperiet os suum De angu
stia et de iudicio: sublatus est Generationem eius
quis enarrabit. Quia abscisus est de terra viven
tium Pter scelus pli mei: percussi eum Et dabit
impios sepulturam: et divitem pmorte sua.
eo quod iniquitatem non fecerit: neq; dolus fuit
in ore eius Et dñs voluit terere eum: in infir
mitate Si posuerit pro peccato aiam suam: videbit
semen longevum: et voluntas dñi in manu ei
dirigetur P eo quod tradidit in morte aiam
suam: et cum sceleratis reputatus est: et ipse
peccata multorum tulit: et pro transgressoribus oravit.

ut ipse